VICARIA'TUS URBIS TRIBUNAL APPELLATIONIS

Coram R. P. D. SEVERINO ALVAREZ-MENÉNDEZ

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII

ab conditionem de praesenti

I. FACTI SPECIES

1. Quam prius, anno, scilicet, 1935 dilabente, in Romano Nazarethano Collegio examina subeuntem cognoverat, postea vero in iuridicis absolvendis studiis in Romana civili Universitate, Rulinam, videlicet, habuerat sociam, haud una tandem difficultate superata, die 5 octobris mensis 1946, in quadam romana paroeciali ecclesia Laurentius in uxorem ducebat. Et Rulina quidem, 30 aeatis computante annum, Laurentio autem 28.

2. Haud una —diximus— difficultate superata. Idque quia, imprimis, cuiuslibet speciei nuptiis vir obstabat; dein, quia sin minus altioribus, utique urgentioribus ipse tunc temporis oeconomicis detinebatur familiaribus curis; tertio ac demum, quia mulier, eiusdem amore capta, nobilitate nequaquam, bene tamen divitiis tunc temporis futurum virum superabat. Quarta adhuc hisce omnibus addi potest causa potius cenobiticam quam matrimonialem actori consilians ducendam vitam, inconsueta, scilicet, eiusdem viri psychico-moralis indoles, prout uno ore —ipsomet viro non excluso— affirmant testes.

3. Et decem prioribus coniugii annis, usque ad ianuarium mensem, scilicet, 1957, prospere in omnibus rerum cursus conditae matrimoniali processerunt societati, trina insuper laetificatae prole, quarum prima octobris mense 1949, binae atque gemellae sorores mense decembris 1953 natae. Et cfr. p. 102 atque passim. "Nel gennaio 1957 —ad rem actor— e scoppiata la bomba. Nei sei mesi precedenti mia moglie e i suoi fratelli erano venuti in possesso di tutti i beni di casa, a seguito della rinuncia che mia suocera aveva fatto della parte a lei lasciata in eredità dal marito. Per volere dei di lei cognati, fu venduto un palazzo del quartiere M., con il ricavo di 270.000.000 milioni, da repartirsi in parti euguali tra i quattro eredi. Mentre si stava terminando le formalità di vendita, questi eredi percepivano un reddito semestrale di 200.000 Lire cadauno. Il primo reddito cadeva proprio

Universidad Pontificia de Salamanca

nel gennaio 1957, e Riuliana ebbe l'assegno *che non mi passò*. Verso il 20 di detto mese, le ricordai bonariamente l'assegno non trasmesso. Con mio sommo stupore mia moglie mi disse *che intendeva, d'ora in avanti, amministrare direttamente lei anche il capitale* e non solo gli interessi di questo, come si era fatto sempre" (36-37/15). "Ricordo —prosequitur actor— che mi alzai immediatamente da tavola, e *da quel momento il mio matrimonio è finito*. Nei mesi successivi noi coniugi ci siano parlati solo con scambi di biglietti scritti. Nel primo di questi biglietti mia moglie ripetè la propria intenzione di voler usare liberamente ed anche integralmente delle proprie disponibilità finanziarie *anche a beneficio della intera famiglia*. Ed è questa flagrante contravvenzione agli impegni prematrimoniali che pongo sotto giudizio in questa sede. Per me la posizione assunta da Riuliana suonava come uno schiaffo morale e umiliazione insopportabile; cosa che fin da prima del matrimonio avevo trattata e risolta come un patto reciproco..." (37/15). Et cfr. praeterea 53/11; 56/14; 69; 81; 92 et 106.

4. Coniugali concordia semel pro semper hac de causa subversa, conciliationis conaminibus, per littera, colloquia, paciferas quaslibet gestiones tentatis (et vide vol. III causae), incassum cessis, primo quidem uxor civile, postea autem, die, nempe, 25 septembris mensis 1961, vir ecclesiasticum adiverunt fora, uxore separationem a viro, viro autem declarationem nullitatis huius matrimonii ab iisdem foris respective postulantibus. Legalis vero separatio die 19/2/1959 obtenta denique fuit atque die 5/3/1959 civili auctoritate firmata. Aliter vero, ad rem nostram quod attinet, contigit. Oblato ecquidem libello a tribunali primae instantiae rite admisso, die quinta decembris mensis 1961 ad litis contestationem idem citatum tribunal procedebat atque sequens dubium concordabat, scilicet: "An constet de matrimonii nullitate in casu ex capite conditionis potestativae de praesenti a viro appositae et non verificatae" (et cfr. pp. 18-19). Quod sane concordatum dubium primae instantiae tribunal, processu rite emenso (pp. 1-121) auctoque imprimis praemagno illo ac revera caustico pro civili separatione instituenda peracto (pp. 122-315), dein instructoriali supplemento a cl.mo Patrono actricis partis die 10/3/1963, post actorum publicationem, rogato (pp. 1-14), iudiciali eiusdem sententia idem tribunal *negative* dimittebat, edicens "non constare de matrimonii nullitate in casu, ex capite conditionis potestativae de praesenti a viro appositae et non verificatae" (ib., p. 20). Insequenti autem eiusdem sententiae publicationis die (6/5/1964) actoris Patronus contra talem sententiam ad hoc N. S. T. appellabat (et cfr. Acta Secundae Instantiae, p. 1), qua vero legitima appellatione, collegiali decreto diei 25 mensis iunii 1964, admissa, die 20 subsequentis mensis iulii, sequens, in litis contestatione concordabatur dubium, scilicet: "An constet de matrimonii nullitate in casu ex capite conditionis potestativae de praesenti appositae a viro et non verificatae, seu an sententia tribunalis primi gradus diei 11 novembris 1963 confirmanda vel infirmanda sit" (ib., pp. 5-6).

Universidad Pontificia de Salamanca

Cui vero concordato dubio hodierna nostra sententia respondere tenemur, praemissis autem nonnullis animadversionibus:

II. In iure

5. Principia iuridica ad rem prae oculis habenda.—Talia sunt, imprimis:

a) Illa, ex ipso naturali iure logice a legislatore nostro eruta, canone 1092 contenta: "Conditio semel apposita et non revocata 1.° Si sit de futuro necessaria vel impossibilis vel turpis, sed non contra matrimonii substantiam, pro non adiecta habeatur. 2.° Si de futuro contra matrimonii substantiam, illud reddit invalidum. 3.° Si de futuro licita, valorem matrimonii suspendit. 4.° Si de praeterito vel praesenti, matrimonium erit validum vel non, prout id quod conditioni subest, exsistit vel non". Secundo:

b) Sequentia ab ecclesiastica iurisprudentia, praesertim ab illa Rotali tradita (et cfr., v. gr., Roman Szenwic, *La 'conditio de praesenti' o 'de praeterito' nella recente giurisprudenza rotale,* Il Diritto Ecclesiastico, 1952, Milano, Dott. A. Giuffrè, Ed.), scilicet —idque ipsam eiusdem conditionis notionem quod respicit—: "Conditio, cum D'Annibale et communiter, est circumstantia actui adiecta, ex qua ipse actus pendet. Itaque, conditio apposita et non purificata tunc matrimonium invalidat, cum alteruter vel uterque, dum contrahit, velit se non aliter obligare. Attento vero quod matrimonium facit partium consensus, potest quis ita consensum, quem in caeremonia nuptiali exprimit, circumstantiae alicui alligare ut ex eadem valor eius pendeat, quod est contrahere sub conditione" (cfr. Roman Szenwic, *o. cit.,* p. 592).

E contra vero —idque propterea quod ipsum matrimonialem consensum non tangit— "toto coelo differt, quamvis imperitos et cupidos nuptiarum infelicem exitum evadendi saepius fallere consueverit, vulgaris illa ratio intelligendi conditionem *ut praerequisitum aliquod ad matrimoniale negotium concludendum,* quo non exstante, matrimoniales tractatus abrumperentur; nam in hoc casu, ut liquet, hypothesis non fingitur *de ipso consensu matrimoniali* dando vel non dando, sed *de aliquo alio consensum antecedente*" (ib., p. 594). Et adhuc semel: "Sedulo distinguenda est circumstantia ex qua pendet *validitas contractus,* a circumstantia praevia, ex qua pendet *decisio contrahendi*: illa consensum contrahentis limitat, ista quae praecedunt determinat; illa voluntatem contrahentis afficit, ista voluntatem respicit antea deliberantis utrum contractus ineundus sit; illa est conditio proprie dicta quae contractum afficit eiusque fit elementum essentiale, ita ut, ea non exstante, contractus non exste (can. 1092, n. 4.°), ista est conditio contractum non tangens, sed tantum propositum contrahendi..." (ib., p. 597).

Relate vero ad diversas conditionis species momento praestationis matrimonialis consensus conditionati, haec legimus in una coram Felici, 28/2/

Universidad Pontificia de Salamanca

1951: "Consensus nuptialis alicui circumstantiae ita ligari potest ut ab ea valor pendeat consensus... Huiusmodi circumstantia, uti notum est, nomine venit conditionis et prout praeteritum respicit, praesens vel futurum, signat conditionem eisdem respondentem hominibus. Id tamen inter eas interest, ut conditio de futuro consensum *suspendat donec verificetur;* conditio vero de praeterito et de praesenti *nuptias statim faciat validas vel irritas,* prout existat vel non momento ipso celebrationis... Vera conditio, ut patet, est tantum conditio de futuro; ea enim una suspendi potest consensus; sed si scientiam contrahentis perspexeris, qui circumstantias aliquas praeteritas vel praesentes non satis sibi notas habere potest, ipsa quoque conditio de praeterito et de praesenti consensum ligare vimque verae conditionis obtinere valet" (ib., p. 594).

Perpensis iis quae sub n. 3, factispeciem breviter quidem referentes, adduximus, maxime Nostrorum interest pauca dictis adiungere relate ad illam conditionis speciem, quae potestativa vocatur, eo quod, uti eiusdem fert nomen, ipsius obiectum ab hominis sive compartis potestate pendere dignoscetur. "Ubi agitur de conditione potestativa, quae nempe a sola et libera voluntate illius pendet qui, dando vel faciendo, illam implere potest, notandum est obiectum conditionis esse *ipsam promissionem, quae serio et sincere fieri debet,* animo sese obligandi, non vero eius adimplementum. Quare si quis, obligatione suscepta, eam non adimplet, matrimonium minime est invalidum" (et cfr. Restrictum Iuris et facti, in prima instantia, p. 4).

Et iure merito. Nam —legimus in alia Decisione— "Si obiectum appositae conditionis consistit in re post nuptias ab altera parte perficienda vel omittenda, iuxta bene fundatam iurisprudentiam, praesertim S. R. Rotae, non agitur de vera conditione de futuro licita (de qua cfr. can. 1092, n. 2); nam statuere quod valor matrimonii semper in suspenso maneat, esset absonum, quae tamen absurditas haberetur in casu, cum alter contrahens a conditione semel acceptata, semel durante vita coniugali recedere posset. Quare dicta conditio recte reducitur ad conditionem de praesenti (de qua cfr. can. 1092, n. 4), quae adimpleta censenda est si compars, ante nuptias, sincere, non vero ficte, promisit se obiectum appositae conditionis adimpleturum esse" (vol. 41, 1949, p. 224). Et adhuc semel: "Si autem conditio sit de futuro potestativa, cuius videlicet purificatio a libera hominis voluntate pendet, seu respicit aliquod a comparte praestandum, vel omittendum, ad integram vitam, cum non possit illius matrimonii valor in perpetuum manere suspensus, eadem tamquam de praesenti consideratur et respicit potius promissionem serio faciendam a coniuge. Hoc in casu consensus promissioni alligatur atque validum erit matrimonium, vel irritum, prout promissio serio praestita fuerit vel ficte" (vol. 41, 1949, p. 581).

e) Atque tandem, cum non semper facile evadat, etiam vel ipsis peritissimis iudicibus, ipsam veri nominis conditionem a caeteris obligationibus vel etiam tractationibus praeviis —talia v. gr., onus aliquod in posterum adimplendum, ipsamet nuda nubendi ratio, sive causa, etc.— recte discer-

Universidad Pontificia de Salamanca

nere, operae pretium erit paucis verbis quaedam criteria ad rem in memoriam revocare. Talia sunt, imprimis, magna animi aestimatio, qua conditionem apponens, conditionis obiectum prosequitur. Quae talis profecto est ut vel ipsi generali intentioni ineundi matrimonium in eiusdem animo praevaleat. In tantum, etenim, praestat ipse consensum in quantum conditionatum obiectum subsistat. Secus, eumdem consensum neque dedit (cum agatur de conditionibus de praeterito vel de praesenti), vel numquam in posterum dabit (quando quaestio sit de conditionibus de futuro, in quibus, ad normam supra citati canonis, consensus manet suspensus).

Alterum exinde discretivum criterium, huic primo examussim correspondens in via exsecutionis, reactio, nempe, plerumque (licet nec necessario nec proinde semper) violenta a conditionante instituta illico —modo id sinant adiuncta— ac deprehenderit conditionatum obiectum nec exetitisse vel numquam adfuturum. Talis persona siquidem, uti dictum, in tantum contrahit in quantum illa circumstantia vel iam aderat, vel adfutura erat. Eadem circumstantia deficiente hacque semel certo cognita et comperta deficientia, corruit matrimonium. Idque non modo obiective, verum etiam in animo illius, qui conditionem apposuit.

Tertium criterium: dubium plerumque (igitur neque necessario, neque idcirco semper) nupturientem angens circa existentiam vel obiectivam realitatem, praeteritam vel futuram, pro casuum diversitate, circumstantiae cui alligatus fuit consensus. Conditione, namque, muniri solemus contra non modo possibiles, verum etiam probabiles futuras deceptiones, contra haud infundata (proindeque et saltem suspicata) obventura mala. Diximus *plerumque*. Nihil etenim obstat quominus quis, v. gr., sanguine, nativitate, stirpe nobilis, vel scientia praeclarus, etc., se conditione muniat (igitur positivo voluntatis elicito actu) matrimonialem consensum nonnisi sub aliqua conditione praestaturus (v. gr. se honestam puellam ducturum dumtaxat, nullo aliunde ipse dubio in casu cruciatus de non existentia talis qualitatis in meretricem quam proh dolor sibi matrimonio copulavit).

Neque haec tria sufficiunt criteria, rem adeo momentosam ut iuste solvamus. Legimus etenim in quadam rotali decisione coram Wynen (vol. 41, p. 224, n. 2): "Verificatio duorum illorum criteriorum nondum sufficit ad declarandam nullitatem alicuius matrimonii conditionate initi, sed requiruntur praeterea alia argumenta ex quibus tam appositio conditionis quam defectus obiecti conditionis appareant". In dubio evidens iudicantem stare teneri pro valore matrimonii, contrario haud invictis non ostenso argumentis. Et cfr. can. 1014.

III. In facto

6. De assertae conditionis historico - psychologica genesi. — Haec quidam praematrimonialis exstitit inter nubendos initus contractus, die nempe 1/12/1946, viginti et quinque diebus ante officialem matrimonialem

Universidad Pontificia de Salamanca

promissionem, die 25 eiusdem mensis decembris factam (24/5). En huius praematrimonialis tractationis textus: "Organizazione economica. Domenica 1/12/1946. A) R. (Ruliana) si impegna a non deporre —a non adoperare, legimus supplici in libello, p. 7— i propri redditi per alcun scopo di utilità esclusiva di L. o di utilità comune. R. ha la libera, piena, incensurabile disponibilità dei suoi redditi senza alcun rendiconto. B) L. si impegna in tutti i casi in cui, a suo discrezionale giudizio sia necessario, a servirsi a scopo di utilità comune, od anche suo personale, di quella parte dei redditi di R. che saranno stati accantonati come economia, con facoltà di reintegrazione" (29-30/7). Et, ut vulgo dicimus, quì è tutto!

7. De eiusdem contractus interpretatione iuxta actorem et auctorem.—Nonnullis praemissis tum circa propositionem ineundi matrimonium a conventa eidem factam novembris mense 1945 (24/4), tum circa aversionem erga cuiuslibet generis concelebrandas nuptias (25/6), sequentia ad rem actor deposuit: "... all'atto in cui la R. mi proponeva il matrimonio, ed io l'ho accettato, ho posto a lei e a me *alcuni punti fermissimi*. Ho chiarito anzitutto che, accettando di sposarmi, non compivo un atto in conformità alle mie convinzioni; pur tuttavia l'accettavo perchè le volevo bene e questo mi constringeva a piegarmi. Ma sopratutto ho chiarito alla R. che io in quel momento, non avevo nulla ed ero nessuno. Il calzaturificio X si era sfasciato, per troppo evidenti ragioni politiche, avrei dunque dovuto tutto ricominciare daccapo, senza prevedere con quali risultati. D'altra parte restavo fermissimo nella mia idea di non dipendere economicamente da chicchessia. Non avevo mai voluto dipendere da mia madre... Meno che mai potevo tollerare soltanto l'idea di accettare qualcosa da mia moglie. Quello che costei, io stesso e la futura famiglia avrebbe avuto di bisogno, dovera essere provveduto da me e da me soltanto. Sapevo che la R. aveva un patrimonio superiore al mio, e perciò ho voluto fare con lei i patti chiari. Non in forma così esplicita, ma in sostanza certamente ho detto a R. che accettavo di sposarla alla condizione che al mantenimento della famiglia e a tutte le necessità economiche di essa, avrei provveduto sempre e soltanto io; che il denaro della moglie non sarebbe mai stato speso a tale scopo..." (26-27/6).

Verum quaenam fuerunt, in actoris animo, huius conditionis causae? Huic quaesito sic respondet idem actor: "Oltre alle ragioni (a) di orgoglio e (b) alle convinzioni personali delle quali ho detto —et dicet adhuc, cfr. 35/14—, c'era un altro fatto che mi aveva spinto a fare alla futura moglie la proposizione condizionatrice del nostro matrimonio: volevo che (c) i redditi del suo matrimonio sebbene da principio modestissimi, andassero a costituire una riserva che lasciasse tranquilli tutti, per il caso di mia morte prematura —quaedam lectio quam ipse receperat a morte, praematura quidem, unici fratris sui in bello—. Io ricordavo quel che era accaduto nella mia famiglia alla morte di mio padre e, prima, alla morte dei miei nonni, sia da parte materna che paterna..." (26-27/6).

Universidad Pontificia de Salamanca

Cognitis tum haud negando facto appositionis conditionis cum eiusdem facti aptis quidem rationibus —maxime prae oculis si habeamus quae supra, n. 2, circa peculiarem omnino apponentis conditionem retulimus indolem— altiorem suscitemus nunc quaestionem. De natura, scilicet, huius appositae conditionis. Facile negotium quidem, attenta mente si perpendamus sequentes responsiones quas idem actor dedit Iudici eumdem hac de re ex officio interroganti, scilicet: "Ma la S. V. cosa condizionava: la sincerità, la sincera adesione della donna nel momento in cui questa dichiarava di accettare le condizioni propostele; oppurre la effettiva realizzazione, il reale mantenimento futuro degli impegni che la R. dichiara (dichiarava?) di accettare?". Actor respondebat: "Io intendevo *entrambe le cose*, pronto a non sposare se mi fossi accorto della non sicera accettazione del momento; pronto a sfasciare tutto nel momento in cui la R. non avesse effettivamente rispettato l'impegno assunto" (31/8 ex off.). "Per me —prosequitur deponens— è tutt'uno: prendi un impegno e lo mantieni, se non lo mantieni è segno che non l'hai preso questo impegno. Sono due cose inscindibili" (ib.).

Sciscitatus rursus: "In mancanza dell'una o dell'altra cosa, che cosa ne derivava al matrimonio, secondo quello che era il pensiero della S. V.?". Et actor respondebat: "Non ero sposato, perchè quella era la condizione essenziale che aveva determinato il mio consenso matrimoniale" (ib., p. 31). Atque per consequens et consequentiam, "ripeto —denuo actor— che il mio consenso al matrimonio con la R. è stato volutamente e coscientemente condizionato a quei fatti che ho già descritti e precisati. Si è trattato di una conditio sine qua non, tanto nella sua sincera accettazione come nella leale applicazione, da parte della R., di quello che io le avevo proposto e spiegato in lungo e in largo" (33/11).

Ad sinceram acceptationem huius conditionis quod attinet ex parte futurae uxoris, haec pariter actor asseruit, scilicet: "Questa mia impostazione del problema della famiglia à stato discusso a lungo e in più riprese da me e la futura moglie; di maniera che la R. non può non aver capito il mio pensiero e il carattere di condizione che io davo a questo pensiero in ordine al rostro matrimonio. La condizione nel suo concetto era così precisa ed irrevocabile, che io non avrei sposata la R. se questa non l'avesse accettata. Ed in verità la R. fu molto carina nel rispondermi di essere ben felice nello sposare un uomo che non aveva nulla. La R. mi ha detto che non avrebbe mai sposato nè un signore nè un uomo già piazzato nella vita. Per lei era bello cominciare da zero, andare avanti insieme e raggiungere il traguardo insieme. E fu questa sua risposta che fece aumentare in me la stima e l'affetto per la signorina... In più —prosequitur actor— all'inizio del presente n. 7 io ho riferito la risposta sustanziale di adesione datami dalla R. in quel lontano novembre. Una risposta definitiva però essa si era riservata di darmela, come l'ha poi data, quando, nel frattempo, il mio pensiero era stato sviscerato ancora più dettagliatamente. E la risposta *fu un sì*..." (28-29/7).

Universidad Pontificia de Salamanca

Quinimmo —et nunc in actis emergit tertium illud criterium, de quo supra, n. 5, In Iure— cum comprobasset actor quod Ruliana "col passar dei mesi... traballava... io ho voluto garantirmi dai tentennamenti della fidanzata. In un primo momento costei ricalcitrò; ma io mi irrigidii, pronto a mandare a monte tutto se non faceva quello che volevo io. E così furono stilati due paragrafi. Il primo esprimeva i miei voleri; il secondo fu proposto dalla R., ed io l'ho accettato per concedere qualcosa, d'altra parte ragionevole, che la signorina chiedeva come contropartita (et vide supra, n. 6). Cfr. 29/7).

Quodsi nunc ab actore quaeratur quo modo concilientur haec, circa sinceram conditionis acceptationem ex parte uxoris nunc asserta, cum insinceritate, de qua redarguit eamdem uxorem postea (41/15), actis perlectis nullam aliam invenimus solutionem praeter sequentem, quam sub eodem n. 15 legimus contentam, nimirum: "Dal gennaio o febbraio del '57, l'infrazione del patto fu clamorosa; mia moglie non mi chiese più il denaro necessario per l'andamento di casa, come fino allora aveva sempre fatto, nè essa mi versò più alcun assegno. A tutto provvide lei soltanto. E questo è la riprova che la C. non ha mai assunto sinceramente l'impegno del nostro patto. L'ha mantenuto finchè sapeva di non poterlo infrangere senza fare un salto nel buio. Con cinquanta mila Lire, infatti, al mese, non avrebbe mai potuto affrontare la vita. L'ha infranto il giorno in cui essa è divenuta padrona di svariati milioni" (41/15).

De violenta reactione, illico a conditionante facta, pacti fractione semel comperta, iam diximus supra, n. 3, factispeciem conficientes, quae autem reactio alterum constituit elementum veri nominis conditionem a circumstantibus praematrimonialibus pactis secernens, prout pariter supra, in Iure, diximus.

8. De nonnullis haud claris hac in re quaestionibus.—Quin velimus, relatis elementis solummodo prae mente habitis, quaestionem inde iam veluti a limine discussionis dirimere (omnia causae adiuncta, testibus haud exclusis, serio perpendi debent), et quin ullum suscitemus dubium circa actoris sinceritatem, hactenus exposita elementa haud unam profecto, sed plures in nostro animo ingerunt difficultates. Prima: cuiusnam generis vel speciei est illa conditio, de praesenti abs dubio, circa rem perpetuo (quemadmodum et perpetuum est matrimonium) praestandam? "Io —ita actor— intendevo *entrambe* le cose (sincera promissio, fidelis in tempore coniugalis conviventiae exsecutio)... Sono due cose inscindibili".

Fallitur evidenter actor. Aliud quippe est alicuius obligationis eaque sincera susceptio, aliud vero eiusdem susceptae obligationis adimplementum, quemadmodum, v. c., aliud est, in matrimonio ineundo, fidelitatis bonum sincere suscipere, aliud vero eiusdem susceptae fidelitatis adimplementum servare. Posito principio ab actore enuntiato: "prendi un impegno e lo mantieni, se non lo mantieni è segno che non l'hai preso questo impegno", sequeretur omnes infideles coniuges —qui, proh dolor et numero

Universidad Pontificia de Salamanca

abundant!— arguendos esse de simulato, ob fidei bonum non servatum, in ineundis nuptiis consensu. Si poenitens a simoniaco contracto quis recesserit illumque non mandaverit exsecutioni, sequeretur, iuxta tale principium, eumdem simoniacum scelus non commisisse. Nonne forsitan in casu potiusquam de conditione discutienda esset quaestio —alia omnino diversa ab hac proposita— de consensus restrictione, sibi reservata divortiandi facultate si et quatenus? Solubile tunc initum fuisset matrimonium in casu, non vero conditionatum.

Secunda difficultas: primigenius initi inter coniuges praematrimonialis pacti textus (et cfr. supra, n. 6) nec verbum quidem continet circa ineundi matrimonii nullitatem, ob conditionem non servatam, secuturam. Quinimmo, nec talis sanctio adhuc apparet decursu processus civilis separationis, in quo sane processu, in quadam N. B., die 15/11/1957, per proprii advocati os actor asserebat: "ad evitare equivochi: parlando di condizione, è lungi da noi riferirci alla validità del matrimonio" (p. 139). Concedimus libenter actori, iuxta supplementariam depositionem, quod hanc expressionem proferendo, "non intendevo interpretare la condizione stessa nel senso che non avesse rapporto con la validità del contratto matrimoniale; volevo invece affermare che, pur esistendo quella condizione, non intendevo avvalermene per promuovere un processo di nullità di matrimonio. A quel tempo io facevo ogni sforzo per ricuperare mia moglie dal marasmo, in cui era caduta" (9/7). Sed petimus, praesertim illius expressionis contextu perpenso, ad quidnam illam excludendam conditionem, sive memorandam, si ipse non intendebat iuridicis invalidantibus ipsius effectibus tunc temporis uti? Si ad rem non faciebat illa recordatio, cur ad rem talis recordatio facta fuit? Quidquid hac de re itaque sit, hoc videtur certum, talem vim invalidantem appositae conditionis primo apparere nuper signata die: 15/11/1957. Idest, post decem annos ac nonnullos menses a nuptiarum celebratione.

Tertia difficultas: cum inde —quemadmodum in Iure innuimus— id quod huiusmodi potestativis conditionibus subest "non est profecto oneris adimplementum, sed sincera susceptio obligationis ipsius oneris... unde tales conditiones purificantur per sinceram oneris susceptionem", inde autem ex eiusdem actoris assertione constet: "E la risposta fu un sì", et quidem "un sì" adhuc postea semel prolatum, quinimmo et qua sincerum ab eodem actore acceptatum (30/8), curnam, tunc petimus, de nullitate hoc arguitur matrimonium ob susceptae, et quidem sincere, obligationis non subsecutam obervantiam? "La convivenza di noi coniugi —deponit actor— si è svolta regolarmente sino al gennaio del 1957 (nonnulis parvi momenti superatis difficultatibus)... Ma sostanzialmente, ripeto, tutto è proceduto con ordine, secondo i miedi desideri *e gli impegni prematrimoniali assunti* da mia moglie..." (34/14). Ex quo consequitur illud "sì", non modo sincere prolatum fuisse, verum quoque decennali fideli observantia examussim confirmatum.

9. De eiusdem contractu interpretatione iuxta consentam.—Haec, optimo credibilitatis testimonio confortata, quaeque de semetipsa haec quoad

Universidad Pontificia de Salamanca

nuptias asserit: "Mi sono sposata con animo semplice e senza pregiudizi, nutrivo fiducia che il L., sempre così gentile e così compito, sarebbe stato un buon marito, come io desideravo di essere una buona moglie" (53/11), dum, ex una parte statutum familiare oeconomicum etiam quoad minima quaeque confirmat (49-51/7; 52-53/9; 56/14 et passim), ex altera omnino alio modo illud interpretatur. Dum hinc indubiis verbis ostendit magnum, forsitan excessivum praetium, quo actor tale oeconomicum regimen prosequebatur, inde vero nunc assertam invalidantem conditionem non modo non confirmat, sed totidem expressis denegat verbis: "In pratica la famosa claosola economica a me non era stata posta nella forma di condizione sine qua non" (53/11), quamquam, de viro agens, illico ipsa ad rem subiungat: "però sta di fatto che il Castiglioni, dopo il martimonio, l'ha fatta valere come propria e vera pregiudiziale alla possibilità di continuare la nostra vita in comune" (ib.). Nec mirum, ad primum assertum quod attinet, cum ipsemet actor admittat se hac de re "non in forma così esplicita" cum futura uxore colloquutum fuisse (26/6).

Cuiusque, acta attento perlegentis oculo, animum ferit constans illa insistentia, qua conventa asserit se initum haud intellexisse contractum. "Confesso —sic illa— che non capii bene quello che il L. voleva, tanto meno sospettavo l'interpretazione rigida e letterale che avrebbero dovuto avere le di lui dichiarazioni. Ritenni il di lui dire più una pignoleria che non un impegno vero e proprio. Il che significa che io sono rimasta nella convinzione che, una volta sposata, tutto si sarebbe svolto come si era svolto nella mia famiglia..." (50/7). Quam veluti antiphonam adhuc quinquies eiusdem depositionis decursu repetet ipsa, et decursu illius supplementaris, adhuc ter: "In un primo momento —sic Ruliana— mi sembrò che le sue continue dichiarazioni sulla necessità che egli fosse l'unico responsabile economico della famiglia mi parvero frutto di una pignoleria, in seguito invece mi accorsi che era una volontà molto precisa e una esigenza resa cosciente dal fatto che egli doveva sposare me che avevo maggiori possibilità finanziarie" (12/2 Suppl.). Ex quibus consequitur eamdem Rulianam iam tunc temporis aliquid intellexisse, controversam rem quod respicit, scilicet: "che egli —vir— fosse l'unico responsabile economico della famiglia", quod per longum et latum Ruliana explicat, etiam minutatim, respondendo ad 7, pp. 49-51, ad 8um, pp. 51-52, ad 9, pp. 52-53, ad 11, p. 53. Hoc ipsa et intellexit, et per decem integros annos examussim observarit. Unde iniuste de insincera ipsa nunc arguitur profissione.

"La vita in comune —ad rem conventa— è stata una continua quanto sadica crudeltà mentale, nei miei confronti. Solo un pazzo, pazzo da legare, o un delinquente incosciente, si comporta come si è comportato il signor L... Ho sopportato pazientemente, convinta che il mio posto era là: al fianco di mio marito e vicina ai miei figli. Parlerò soltando della sordida avarizia, sempre messa in pratica dal L., anche se camuffata dalla patina della idealità di un miglior benessere familiare. In effetti, mio marito ha

Universidad Pontificia de Salamanca

fatto dipendere dal fatto di avere regolarmente in sue mani tutte le elargizioni che mi faceva mio padre. In pratica io non ho mai avuto un soldo a mia disposizione, perchè ritirava tutto Laurentio ed accantonava con avidità e con diabolica gioia propria dell'avaro sordido" (55/14).

Quidnam, igitur, tunc ipsa non intellexit? Imprimis scopum —vulgo quas dicimus secundas intentiones—, quem mediante oeconomico praematrimoniali convento regimine vir attingere intendebat (iuxta interpretationem postea datam ab uxore), et secundo eiusdem praematrimonialis conventionis irritantes effectus. "Lontano da me —quando talem conventionem oeconomicam ipsa firmavit— il pensiero che L. intendesse con ciò ipotecare il mio avere, presente e futuro. Egli pensava già fin da allora all'eredità di mio padre, mentre a me un pensiero del genere non sfiorava nemmeno la mente. Per concludere *ho detto di sì con la stessa indifferenza con cui avrei trascritto una poesiola qualsiasi.* Ripeto che io non ho capito affatto —tunc temporis— quel che L. si prefiggeva di ottenere, con le sue parole e con il suo scritto. Se egli mi avesse fatto giurare, forse mi sarei messa in guardia. Ma è certo che egli si irrigidì e si risentì allorchè tentai di discutere su un piano che mi sembrava tanto strano e direi quasi contro natura" (51/7-8). Et adhuc semel: "In effetti, la questione, de qua, svestita dall'accennata sopra raffinatezza, si riduce ad una meschina e grossolana materialità di sete del denaro. Questo io l'ho capito bene *soltanto dopo il matrimonio*" (52/8) —expressio haec— soltanto dopo il matrimonio —quae in toto depositionis contextu perpensa, intelligenda est de prima infractione conventionis oeconomice, de qua vir, vel de "la controrivoluzione", de qua uxor (56/14—.

Atque tandem in supplementaria depositione: "Soltanto dopo il matrimonio mi sono resa conto che mio marito era molto avaro e ho interpretato come meschina e grossolana materialità di sete il suo comportamento. Interpretai la condizione da lui apposta come sete di accumulo di danaro. Io in verità non mi resi conto *prima del matrimonio,* che egli intendesse apporre una condizione alla stessa validità del contratto nuziale. Solo mi resi conto che per sposarlo dovevo accondiscendere a quanto egli voleva. *Al momento di accettare la volontà del mio fidanzato e l'impegno* che egli mi fece scrivere di mio pugno, io non compresi quello che in realtà L. voleva da me... Considerai l'imposizione fattami da lui come un'atto di delicatezza nei miei riguardi. *Soltanto dopo il matrimonio* mi resi conto che invece avevo stilato la mia schiavitù... Se avessi compreso questo prima del matrimonio, non avrei accondisceso e non l'avrei sposato... Nulla da aggiungere, se non che nel momento in cui sottoscrissi la nota dichiarazione non intendevo assumere alcun impegno così come lo intese mio marito" (pp. 13-14).

Unde per consequens et consequentiam unum conventa hoc in negotio intellexit illudque sincere acceptavit: totam oeconomicae rei quaestionem uni reservatam manere, idest, viro. Duo autem neque intellexit neque proinde acceptavit: viri scopum, quem ipse hac oeconomica conventione assequi intendebat atque irritantes iuridicos effectus quos non modo sin-

Universidad Pontificia de Salamanca

cerae acceptationi, verum quoque et fideli observantiae vir nunc contendit se adnexuisse.

Paucis verbis nunc oeconomicae conventionis infractionem, ex parte conventae, referamus, propterea quod proxime tangimus secundum discretivum criterium, de quo supra in Iure, "la mancanza di disponibilità finanziaria —ita conventa— mi ha impedito di scatenare la controrivoluzione, perchè sapevo che non mi sarei potuta fermare a metà strada: o portarla fino in fonfo o non iniziarla affatto. Questa controrivoluzione io l'ho iniziata allorchè sono venuta in possesso dei beni paterni che consentivano a me e ai miei di vivere una vita meno bestiale di quella che quest'uomo ci constringeva a vivere. Poi io ho ereditato la mia parte e ho cominciato a dirigere la famiglia su un piano di maggiore umanità. Mio marito andò su tutte le furie; con una sequela inenarrabile di angherie e di soprosi, avrebbe preteso la consegna degli effetti finanziari a me intestati, compreso il rimborso degli arretrati. Io mi sono rifiutata, ribattendo al L. che facevo questo in perfetta tranquillità di coscienza, in quanto non mi ero mai assunto un impegno in senso contrario. Fu allora che il L. sfoderò dai suoi archivi la famosa 'sistemazione economica'; non me la fece vedere, ma mi la ricordò. Nel contempo mi accusava di contravvenzione a questa clausola. L. mi espulse da tavola, mi tolse il saluto, ecc. ecc. Alla fine, dopo vari mesi di calvario più amaro di quello precedente, egli mi invitò ad andarmene insieme ai miei figli..." (56/14).

Verum quamnam ob causam huiusmodi subitanea atque violenta reactio in casu? Responsum hisce verbis a conventa datur: "Questa in breve la fine del mio matrimonio, ma per giungere alla quale ci furono mesi e mesi di discussioni e di scenate indescrivibili da parte del L. Ogni tentativo di ridurlo alla ragionevolezza fu inutile (et vide depositionem matris conventae necnon sororis): gli erano scappati di mano i miei soldi e questo L. non me l'ha mai perdonato". Quinimmo: "Dopo i tre mesi di villeggiatura estiva, nel 1957, ho fatto istanza al tribunale di Roma per essere autorizzata a vivere separata da mio marito".

10. CONCLUSIONES.—Conventae depositione attente recogitata, difficultates, de quibus et Nos supra —n. 8— non modo non dilucidantur, verum, e contra, magis magisque augentur. Imprimis, quoniam nec ipsa futura uxor invalidantes iuridicos effectus intellexit adnexos, uti nunc contenditur, praeviae oeconomicae tractationi. Dein, quoniam quod ipsa intellexit, quinimmo et quousque potuit observavit, et sincere promiserat, quod satis superque est ad habendam hisce in casibus appositae conditionis purificationem. Tertio quia, etsi conventa admittit violentam quidem ac subitaneam reactionem ex parte viri factam, talis reactio contigit non ob deceptionem ab eodem viro passam quoad praestitum vel praestandum matrimonialem consensum, sed quia uxoris infractione "gli erano scappati di mano i miei soldi e questo L. non me l'ha mai perdonato". Quarto: admittit quoque conventa, idque pluries, actorem maximam aestimationem habuisse de inita praenup-

Universidad Pontificia de Salamanca

tiali oeconomica conventione: "Ma è certo che egli si risentì e si irrigidì allorchè tentai di discutere su un piano che mi sembrava tanto strano..." (51/8). "Evidentemente per L. questa questione era una questione di vita o di morte... Per mio marito invece —illa conventio— aveva un valore assoluto" (51 et 52). Sed et admittit quoque id contigisse quia eadem conventione intentum suum ipse assequebatur, idest, patriam potestatem etiam in re oeconomica tyrannico modo exercere uxoremque ad quamdam reducere servitutem: "Soltanto dopo il matrimonio mi resi conto che invece avevo stilato la mia schiavitù" (Suppl., 13/2). Nunc vero hisce in rebus oeconomicis facilis plerumque est quaevis violenta reactio.

Addamus demum et hanc aliam circumstantiam, a conventa assertam, ipsam, nimirum, fuisse, non vero virum, matrimonialis nullitatis apprime, ut supponitur, conscium, quae civilem separationem postulavit. A viro, conscio tum de irritante vi oeconomicae conventionis, cum de clamorosa infractione ab uxore commissa, non modo separationis petitionem, verum etiam declarationem nullitatis matrimonii expectabamus. Nec multum suadet illa explicatio a viro data: "A quel tempo —controversiae civilis— io facevo ogni sforzo per ricuperare mia moglie dal marasmo, in cui era caduta" (Suppl. 9/7). Admittimus. Sed sin minus illico ac statim, bene tamen post vel intra inferius temporis spatium actor debuisset, comperta uxoris contumacia, hanc de nullitate matrimonii conditionati quaestionem tribunali deferre. Mora sua cuique nocet.

11. De eadem conditione iuxta testes.—Quaestio sane quae ex assertis a partibus neque clara neque firma praesentatur. "Per quel che riguarda confidenze specifique sulle proposte da me avanzate e dalla R. accettate, *non ne ho fatte ad alcuna persona.* Sarà senz'altro accaduto che, parlando con qualcheo della sistemazione economica della futura famiglia, gli abbia dichiarato *come intendevo impostarla*", ait actor. Et cfr. conventam, eadem dicentem. Nunc vero, in re adeo gravi ac momentosa, quaemadmodum est praesens, non vacuae assertiones, non subiectivae illationes, sed veri nominis fideles relationes requiruntur atque necessariae sunt. Actis perpensis circa hoc testificale argumentum observamus:

a) Quoad testes a parte conventa inductos, nec quidem unus de veri nominis conditione loquitur, dum, e contra, omnes loquuntur (et hoc quia id audiverunt "dopo l'increscioso fatto della separazione"), *de promissione* vel factime, a viro ante nuptias a Ruliana requisita et ab hac vicissim acceptata.

b) Et quoad testes ab actore inductos, animadvertimus, imprimis quod, unum si excipiamus, caeteri alii non modo postnuptiales sunt —quae vero circumstantia ex sese eorumdem depositiones nullatenus attenuaret— verum etiam valde propinqui sin minus suspecto, bene tamen suspicando tempori iurgiorum inter coniuges. Secundo, cadit in eosdem testes, nemine excluso, grave dubium circa perfectionem atque specificationem *invalidantis condi-*

Universidad Pontificia de Salamanca

tionis, quae perfectio atque specificatio nec quidem ab actore communicatae fuerunt futurae uxori, cuius id certo certius intererat. "In quello scritto —Organizzazione economica— non si parla esplicitamente di condizione al matrimonio a tal punto da ritenere invalide le stesse nozze se quella condizione non si fosse verificata —magna profecto lacuna, et de qua Nos supra—. Tale però era la mia intenzione *che non ritenni opportuno di chiarire nel dettaglio* per un senso di delicatezza o di defferenza nei riguardi di R. Mi sembrava brutto mostrare a lei che dubitavo troppo seriamente della sua sincerità", ita actor in supplementaria depositione. Nunc autem, si id cum uxore non fecit, estne veri simile eumdem fecisse v. gr., erga aliquem ipsius simplicem clientem?

Sed et praeterea, unius praenuptialis testis depositionem, ad trutinam si revocemus, difficile non erit demonstrare quod imprimis agatur de aliquo teste mere illativo —"Il primo pensiero *che ho formulato*" (non praecise quem mihi retulit actor); "Ma conoscendo L. e ricordandomi quello che mi aveva detto nel colloquio del giugno 1942, *ho fin da allora dedotto* che etc."—. Et, secundo, de aliquo teste mere illativo ultra praemissas concludente vel discurrente. Quaenam tales praemissae in casu? "Verso la fine del giugno del 1942 —deponit hic testis— intavolai con L. il discorso sul matrimonio con la R. Dopo aver fatto gli elogi ben meritati di questa famiglia e della R. in particolare, aggiunsi pure che la famiglia N. 'era anche molto facoltosa'. A questo punto il giovane arrestò il mio discorso per dirmi —et hoc bene perpendatur— che egli non si sarebbe mai sposato *se non avesse avuto la ragionevole certezza di fare fronte, per forza propria, alle necessità della moglie e degli eventuali futuri figli.* Non ho più riparlato di questa faccenda col L..." (63/6-7). Ubinam in hisce praemissis illa "condizione che il L. mi aveva espressa fin dal 1942"? Saltus revera in vacuum. Conditionis neque nomen —quod vero nihil interest, cum de nominibus non sit curandum— neque res sive substantia continetur in talibus praemissis, sed, e contra, aliquod, providum ac sapiens quidem propositum, quod utinam omnes, vel saltem plures nupturientes prae mente semper habuissent antequam procederent ad magni sacramenti celebrationem exsolvendam! Quinimmo, tale propositum est potius ratio nubendi, non vero aliquis positivus voluntatis actus in ipsum matrimonialem consensum ingrediens.

12. De eadem conditione in lucem actorum separationis. — Nolens actor aliquid ecclesiastico celare tribunali semperque laudanda intentione ductus praebendi eidem Tribunali omnia in eiusdem theseos favorem exstantia argumenta, canonico processui adnectere curavit acta praecedentis processus civilis, quem supra nimis causticum appellavimus. Eeodem civili processu perpenso reque maturae Patrum discussioni submissa, in hanc generalem iidem Patres devenerunt conclusionem, e tali processu, scilicet, asserta irritans conditio nullatenus demonstrari. Idque, imprimis —quemadmodum supra, n. 8 innuimus— quia ob rationem non satis perspicuam, de eadem in illi civili processu actum fuit ad illam excludendam, unde ex hoc

Universidad Pontificia de Salamanca

facto eiusdem conditionis probatio ab illo processu a priori exsulabat. Secundo, quia clarus non est —etiam prae oculis habita eiusdem actoris depositione, die 7 octobris mensis 1964 facta— modus quo se gessit idem actor semel comperta ac comprobata initae conventionis ex parte uxoris conculcatione. Si ad matrimonii validitatem revera posita fuisset illa conditio, curnam prius atque exclusive ac, consequenter, unice, quaestio agitata fuit circa separationem, et quidem uxore illam petente, viro autem contradicente? Quinimmo non solum contradicente, verum etiam parato, perpensis litteris diei 8/3/1957, etiam ad aliquam derogationem initae oeconomicae conventioni inducendam? Cui sane difficultati respondet actor se paratum fuisse ad illam derogationem faciendam "in perfetta conformità alla condizione prematrimoniale e precisamente al suo paragrafo "B", che prevede l'eventuale deroga alla regola sancita dal paragrafo "A": col. par. "B", infatti, io mi ero impegnato ad utilizzare per utilità della famiglia beni uxori nei casi in cui fosse stato necessario, a mio insindacabile giudizio".

Esto quidem. Sed tunc instamus: si talis derogatio et praevisa et provisa iam erat, ad quidnam longa et acris et dispendiosa illa coram civili tribunali discussio? Loco abrumpendi matrimonialem convictum, post uxoris infidelitatem commissam, actor debuisset § "B" initae conventionis oeconomicae perpendere eademque uti in casu, quo modo sese gerendo, uxor civile tribunal nequaquam adivisset. Ad quidnam, insuper, praesens canonica nullitatis matrimonialis causa? Cum ipse in talibus litteris admittat adesse nunc causas, et quidem iustas, pro illa derogatione inducenda, actor, rei gravitate in conscientia et coram Deo perpensa, applicet in casu § B, et tunc, ut vulgo dicimus, *tutti contenti.* Quaestio finita. Quidnam non modo pretiosius, verum etiam christianius: § "A" initae oeconomicae conventionis, an, e contra coniugum tranquillitas et pax atque concordia?

Concordatis dubiis, respondetur, itaque: *negative,* seu non constare de matrimonii nullitate in casu ex capite conditionis potestativae de praesenti a viro appositae et non verificatae, seu sententia tribunalis primi gradus diei 11 nov. 1963 confirmanda est in casu.

Universidad Pontificia de Salamanca